

vtrarumq; perstringere credita. Sunt  
 & alia (autore Vincentio) peregrinae  
 Thetel. Iaspidis species ex Thetel enumera-  
 ta. Nam inuenitur (ait) in Iaspide scu-  
 tum habens in collo, & cuspidem in  
 manu, & sub pedibus serpentem, qui  
 habeat contra omnes inimicos virtu-  
 tem. Item & alius in quo sit homo ha-  
 bens fasciculum herbæ in collo, cu-  
 ius virtus sit omnes discernendi mor-  
 bos, ac sanguinem restringēdi: quem  
 Galenum in digito gestasse referunt.  
 Deinde & cruce signatum viridem re-  
 perire est, ne quis submergatur effica-  
 cem. Haftenus ille. Hic itaq; fēre indi-  
 gitauimus optimam principemq; Ias-  
 pidem, virentem illam & Indam quæ  
 (quod præ cæteris amuletum esse cre-  
 datur) Polygrammos nuncupata exi-  
 stimatur, quæ tamen celeberrima asse-  
 ritur, si ex viridi purpureum quiddā  
 cōplexa, alba præcingatur linea. Vn-  
 cijs vndecim magnam vidisse Plinius  
 testatur, indeq; arte consculptam Ne-  
 ronis

Iaspis quæ  
 optima.